

**Ethica Amoris, Sive Theologia Sanctorum, Magni
Praesertim Augustini, Et Thomae Aquinatis**

Circa Universam Amoris & Morum Doctrinam, Adversus Novitias Opiniones
Strenuè propugnata, Et In Materiis Principaliter Hodie Controversis
Fundamentaliter discussa

De Sacramentis In Genere Et Specie - Libros Octo Complectens

Henricus, de Sancto Ignatio

Leodii, 1709

Caput 40. Ad judicandum, num pœnitens habeat dispositiones à Patribus
requisitas, præsertim amorem, de quo capite 38. vel etiam gratiam
sanctificantem, attendendum non quid dicat, sed quid faciat; ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73212](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-73212)

De sanctissimo Eucharistiae Sacramento.

143

Ast quia hoc tam, idēc faciliē non præsumendum. Moniales sanctissimæ, & maximē reformatae, absque speciali licentia, nonnisi bis, tervè ad summum in hebdomada communicant. Et magnus illi Sanctus, Bonaventura, in animarum directione, viisque Dominitam excellenter versatus, raros existimabat esse Laicos tam sanctos, quibus id licet.

X X I.

503 Est gemitu dignum, esse Christianos tam paucos, qui ad frequentem Communionem dispositi sunt. Nec minus deplorandum, quod homines imperfectissimi ad sacram mensam frequentissime accedunt. Malè faciunt priores, quod ad eam se per vitam sanctiore non disponant; laudandi tamen, quod, dum ejusmodi sunt, nonnisi raro ad eam accedunt. Posteriores nulla ratione excusabiles sunt.

X X I I.

Sunt qui octavo quoquo die communicant, qui nec quater in anno communicare digni sunt. An non bonum foret illis consilium, ut rarius communicarent, donec meius dispositi forent?

X X I I I.

504 Jure metuendum, ne demon à frequentioris Communionis usu deterret animas quafdam ad eam optimè dispositos, sed nimis timidas. An minùs metuendum, ne ad eam plurimas inducat pessime dispositi?

X X I V.

505 Non omnes, quovis in statu, communicare debent frequenter; sed omnes fatigere, ut in certe statu, & tam sancta dispositione constituantur, quid id licet. Itaque qui non communicant, nisi quater in anno, fatigant se vivere, ut octiduis singulis: qui octiduis singulis, ad primorum Christianorum sanctitatem asturgant, ut quemadmodum illi, ad sacram mensam quondam accedant.

X X V.

Major Jesu Christo honor nunquam defertur, quam frequenter communicando, modò adhuc sanctitas ad id ab ipso & ab Ecclesia requisita. Ita dumtaxat sensu proprie illa est vera, omni alio falsa.

X X V I.

506 Charitas, sanctitatis origo, regula est Communionum. Vitane tua sanctior est, purior, magis interna, magis à seculo aliena, quam ante fuit. Ad sacram mensam frequenter accede. At si vita tua magis laxa sit, & dissipata, sciri & attente mente perpende, an non confutò rarius, quam frequenter accederes, ut te inclusu disponeres. Non ergo fallere te ipsum, sed ut securius de te, tuoque seras iudicium, sapientis Directoris exquirere consilium.

X X V I I.

At ubi Directorem illum sapientem invenies? Rarum illum tempore iuo dicebat S. Franciscus Salesius, & adeo rarum, ut unus ex decem milibus eligendus ioret. Minus rarus nostro hoc tempore? Inveniuntur tamen, nec difficulter cognoscuntur, dummodo de illi juxta Evangelicas Apostolicasque Regulas dicerentis iudicium feratur.

X X V I I I.

507 Amor (inquit sanctus hujusce seculi Episcopus) rioris frequentioris Communionis mensura est. Major vel minor charitas illius usum abundantiamque plus vel minus utilem facit. Laudanus Zacharias, laudamus Mattheus, qui Dominum in domos suas confidenter suscipiunt. Laudamus Centurius, laudamus S. Petrus, qui cum humiliter deprecantur, ut se recedat.

X X I X.

Non minoris estimat Augustinus eos, qui ex reverentia & humilitate aliquando abstinent à Com-

munione, quam qui ex sancte devotionis, seu fiducie & amoris affectu ad eam accedunt. Utique hæc sententia optima est, utraque sanctissima. Si tamen fas esset decidere, quod sibi decidendum Sanctus ille non censuit; posterior priori prefetenda videretur.

Ita sunt Regulae laudissimi illius totoque Oratio celeberrimi Episcopi, Sanctorum monitis & instructionibus capite praecedenti exhibitis planè conformes, nec divinissimi hujus Sacramenti dignitati, fructuofæque receptioni parum confulentes. Facile (cas legendi) colligere est, fideles per eas non deterri à frequenti Communione, sed moneri de procuranda ad eam dispositione, quam Ecclesia, quam etiam tam divini Sacramenti sanctitas, à Christianis postulat. Utinam ad eam omnes taliter dispositi essent. Sed, ut idem Episcopus piè deplorat, unum è gravissimis Ecclesiæ malis est exigua ardor, quo Christianorum pars magna ad Sacraenta accedit. O quam longè distamus à felicibus illis seculis, in quibus primorum Christianorum sanctitas ipsos Communione quotidiana dignos reddebat! Hoc potenti subfusio superabant ipsi, nosque cum ipsis facile superaremus tentationes vehementissimas, & vanas seculi delicias. Et quare superabant? Quia ad sacram mensam accedebant fide vivâ & generosâ, semper prompti Deo vitam stiam, tuaque omnia in sacrificium immolare. Aversi omnino à mundo, spem omnem suam collocabant in Deo, totique à mundo alieni, pro vita & morum suorum regula solum habebant Evangelium, centies mori parari, potius quam feedari moribus hominum mundanorum. Sic ergo in charitate radicati, & fundati ad divinum hoc convivium accedebant flagrantem amorem Dei, ab eoque recesserant ut leones flammarum spirantes, dæmonibus terribiles effecti, & quibusdam velut auricis armis adversus fidem, Ipsi & charitatibus suis hostes septi undequaque, ac communiti, tanique mysterii virtute terram in cælum converentes, velut Aquilæ sursum indefinenter evolabant, nullumque cum terra commercium habebant, sed animo sublimi in cælis semper converantes, Solem justitiae acutis ac perficacibus mentis oculis semper intuebantur. Ad ilias tam sanctas dispositiones annitamur & nos, ut corundem fructuum mereamur esse particeps.

CAPUT XL.

Ad judicandum, num panitens habeat dispositiones à Patribus requiritas, præsertim amorem, de quo capite 38. vel etiam gratiam sanctificantem, attendendum non quia dicat, sed quid faciat; nec tam habenda est ratio sterissim cogitationum, resolutionum, desideriorum, vel momentanearum affectionum ipsius, quam ad opera, mores & vitam.

Hanc regulam Veritas docet. Est proinde veritas immobils, sicut Math. 24. dicit: *Cælum & terra transibunt: verba autem mea non præteribunt.* Hanc (inquam) regulam Veritas docet i^o. dum Math. 7. dicit: *A fratribus eorum cognoscetis eos.* Luc. 6. *Unaqueque arbor, etiam rationalis, a fructu suo cognoscetur.* Non itaque de tolis verborum, sed de fructibus operum, ut sancti Patres interpretantur.

i^o. dum Math. 7. sursum ait: *Numquid colligunt de spinis uva, aut de tribulis fructus? Omnis arbor bona, bonus fructus facit. Omnis proinde arbor, qua non facit fructum bonum, excidetur & in ignem mittetur.* Et iterum: *Non omnis qui di-*

Liber Quartus.

144

cis mibi , Domine , Domine , intrabit in regnum celorum , sed qui facit voluntatem Patris mei .

511 3°. dum ait Joan. 14. Qui habet mandata mea ,

& servat eam , ille est qui diligit me . . . Qui non diligit me , serpentes meos non servat .

512 4°. dum per dilectum Discipulum suum 1.

Joan. 1. dicit : Si dixerimus , quoniam societatem habemus cum eo , & in tenebris ambulamus , id est facimus opera tenebrarum , mentis , & veritatem non facimus . Et c. 2. In hoc ianuam , quoniam cognovimus eum , si mandata ejus obseruamus . Qui dicit se nos esse eum , & mandata ejus non custodit , mendax est , & in hoc veritas non est . Qui autem servat verbum ejus , verum in hoc caritas perfecta est . Et in hoc scimus , quoniam in ipso sumus . Qui dicit se in ipso manere , debet fecit ille ambulavit , & ipse amouit . Et c. 3. Filioli , nemo vos seducat : qui facit iustitiam , justus est . . . Qui facit peccatum , ex diabolo est . . . Filioli mei , non diligamus verbo , neque lingua , sed ope & veritate .

513 5°. dum per Jacobum Apostolum Jacob. 2.

dicit : Quid prodest , si fidem quis dicas te habere , opera autem non habeat . . . ostende mihi fidem tuam sine operibus , & ostendam tibi ex operibus fidem meam . . . fides sine operibus mortua est , similes fidei damnatorum : nam & demones credunt & contremiscunt .

514 Observazione dignum est quod Apostolus non

dicat : fides sine charitate , sed sine operibus mortua est . Tamen si enim charitas , sicut reliquarum virtutum , sic & fidei anima sit , faciat tamen malii Christiani seducunt feme ipsos , putantes charitatem se habere , cum pleni sint amio fui & mundi . Ideo ergo dixit : fides sine operibus mortua est , ut malii Christiani ex suis operibus ad oculum convincerentur , se nec fidem vivam (quae per charitatem operatur) nec prouide charitatem habere , quia fides sine operibus id est fine vitare regulis Evangelicis conformi , mortua est . In ea prouide , sicut & in omnibus Confessionibus & Communionebus suis , ipos non bene confidere .

515 Simile quid Augustinus observavit in exposito

epist. ad Galat. ubi querit : cum in duobus praecipuis , dilectionis Dei & proximi , perfecta sit charitas , quae , teste Apostolo , plenius legis est : eis Apostolus , & in hac (ad Galatas) & in illa ad Romanos epistola , solam proximi dilectionem commemorat , nisi quia in dilectione Dei mensura possunt homines , quia rariores tentationes eam probant . In dilectione autem proximi solius convincuntur eam non habere , dum iniqua cum hominibus agunt . . . Et ideo opportunius commemoratur illud , de quo quisque faciliter convincitur .

516 6°. idipsum probatur ex doctrina Sanctorum ,

ex qua certum est dicit Cajetanus 3. p. q. 79: amorem Dei non esse otiosum , veramque charitatem si ne operibus non dari ; id scilicet decipere , qui sibi persuaderet se Deum diligere , si non declinet a malo quod prohibetur , nec faciat bonum quod precipitat . Numquid charitas permitteat aliquid malis te facere ei quem diligis ? Sed forte tantummodo malis nibil facit , non etiam aliquid boni . Ergo charitas permitteat te non praeferre quicquid potes ei quem diligis ? . . . ipsa dilectio vacare non potest . . . Da mihi vacantem amorem , & nihil operantem . . . Dilectio vacare non potest , nisi & malis nibil operetur , & quisquid potest boni operetur . Quid enim facit dilectio declina a malo ? & fac bonum . August. prefat in Psal. 31. Nunquam est amor Dei otiosus (an Gregorius hom. 30. in Evang.) operatur enim magna , scilicet . Si vero operari repuit , amor non est . Et ratio est , quia amor vita animalia est , ignis est . Nec vita autem animalia est potest , nec ignis , nec fine actione est potest , nec animam inflammat , quin flammula ipsius , seu scintillæ ad extra apparet .

Scio quod S. Thomas 2. 2. q. 24. a. 1. ad 3. 517 allata Gregorii verba sic explicat : Amor Dei semper magna operatur in proposito . . . non tanquam item per magna operatur in actu , proprie conditionem subjecti . Sed imprimis hoc id est dicit , quia subiectum , sive homo , in mortali corpore , ob varias hujus vita necessitates , non potest semper magna operari in actu , ut constar ex ratione ipsius . Deinde hoc hanc dubie intelligit de proposito , non otioso , quod oblatâ occasione , vel cum potest & debet , nihil operatur in actu (cum manifestum sit , non verificari dictum Gregorii , amor Dei unquam est otiosus , per proprium operandi orationis) sed de proposito effectivo , seu efficacitate , vi cuius amans diligenter operatur pro tempore & loco . Denique S. Doctor solito vult , dictum Gregorii ad sui veritatem non postulare , ut amans Deum sit physicè in actione continua (hoc enim est supra homini conditionem) sed solum in proposito operandi pro tempore & loco , ita ut suo tempore & loco operari non neglegat . Sic enim moraliter loquendo salvatur veritas dicti Gregoriani ; quenadmodum veritas hujus propositionis , Petrus nunquam est otiosus , moraliter salvatur per hoc quod Petrus pro tempore & loco operari numquam neglegit . Si ergo amor Dei , quem quis se habere dici , pro tempore & loco neglegat declinare a malo , & facere bonum , verus Dei amor non est , & qui Deum se amare dicit , nec tamen declinat a malo , nec facit bonum , cum potest & debet , ipse se fecundat .

7°. idipsum probatur ex alia doctrina Sanctorum , ex qua habemus , verum amorem probari , non verbis , & iteribus affectionibus , aut desideriis , sed operibus . Nam , ut D. Gregorius homil. 30. in Evang. ait , ecce si unusquisque vestrum requiratur , ut diligat Deum , tota fiducia , & secundum mente respondet , diligo . In ipso autem lectionis exordio conatus inquit me , sermonem meum servabis . Probabo ergo dilectionis ; exhibeo est operis . Hinc in epistola sua idem Joannes dicit : qui dicit , dico Deum , & mandata ejus non custodit , mendax est . . . Ad rojemus ergo , fratres , invictus redite , si Deum vere amatis , exquirite . Nec tamen sibi aliquis credat (nota bene) quidquid sibi annunciat , sine operis attestatione responderit . De dilectione Dei lingua , mens , & vita responderuntur .

Et S. Aelredus in speculo charitatis c. 7. testatur , etiam perditæ vite homines subinde sentire momentaneas divini amoris affectiones , exemplum proferen illius , qui cum innatæ vitiis gurgite corporis , omni se sparsit & immundus tradere , nihil proxius flagiti perhorreveret , in tali vita sapientia compungebatur , nec solum timore penitentia , & peccatorum suorum recordatione , quod fortè nemo miraretur ; sed etiam miro affectu in amoris Jezi Christi dulcedinem resolutus , quodam menit oculo ipsum videtur amplecti .

An putas illum tunc verum Dei amorem non : quia , ut S. Aelredus c. 17. pergit , non secundum momentaneum illum , & ut ita dixerim , bararium affectum Dei persimilis est amor . Quod est contrarium exempli periticum est intueri . Cum enim in ira godit , vanisque carminibus , qui quam injuriantur fogitar , vel opprimit , cuius amaritudo pulchritudo , fortitudo mirabilis , gratiosus predicator affectus , si quibz hoc , vel etiam causantur audiens , vel cernens , tique ad expressionem lacrymarum , quodam modo etiam affectus , nonne per absurdum est ? ex hac vanissima prestate de amore ejus qualitate capere conjectaram ; ut hinc fabulosum illum necio quem affiuetur amare , pro cuius eroposum , etiam si hinc omnia vobis pre oculis gererentur , ne modicam quidem suscipiente sue portionem patetur expensi ? Similis projecto incepit est , in multis majora infania , si quisquam luxuriosus ,

risus, aut tepidus, occultus Dei dispensatione (vel diabolica cordis emollitione) ob quosdam internos compungatur affectus, ad vana & lubrica, & sordes pristinae denuo reverbaruntur, secundum floriles lacrymas, & momentaneos affectus, de ejus dilectione ferre sententiam.

⁵²¹ Unde Gregorius ubi supra colligit, eos verè Deum non diligere, qui ad horam, audiendo verbum Dei, per compunctionem habent aliquem Dei respectum, sed postea citò & facilè ad peccata tentati redeunt. Explicans namque verba ista: *Si quis diligit me, sermonem meum servabit, & Parter meus diligit eum, & mansio apud eum faciemus: Vide te (inquit) quid Veritas dicat: venimus, & apud eum mansionem faciemus. In quorum-dam enim corda venit, per gratiam excitantem, & mansionem non facit, per Spiritum sanctum inhabitante: quia per compunctionem quidem Dei respectum percipit, sed tentationis tempore, hoc ipsum quod compuncti fuerant, obliviscuntur, sicutque (id est cùd ac faciliè) ad perpetrandam peccata redirent, ac si ea minime planxissent. Quod signum est horam compunctionem ipsorum ex vera dilectione Dei non processuisse. Quia si ex ea processisset, Deus in ipsis manitionem fecisset, ut declarat sequentibus verbis: qui ergo Deum vere diligit, ... in eius corda Dominus venit, & mansio facit.*

⁵²² Igittu non secundum hos momentaneos affectus... Dei estimandus est amor (prosequitur S. Aelredus c. 18.) sed potius secundum continuam ipsius voluntatis qualitatem. *Snamenit voluntatem Dei voluntatis conjungere, ut quelibet divina voluntas prescribat, voluntas humana velit, ut nulla sit alia causa, cur hoc aut illud velit voluntas humana, nisi quis hoc Deum velle cognoscet, hoc utique Deum amare est. Nam voluntas nihil aliud est quam amor... Sanè hoc voluntas non secundum momentaneos quoque affectus, sed secundum duo quædam judicanda est, passionem scilicet, & actionem: si videlicet ea quæ Deus insulterit, vel inferri permiserit, patienter sublineat, & ea qua iulserit, serventer admiplet.*

Ceterum, ut ait B. Gregorius, nemo credit, quidam sibi mens sine operibus, de Dei amore respondet. *Eius est enim sententia qui non meritum: qui, qui habet mandata mea, & servat ea, hic est qui, me diligit.... Proinde affectus silos sentire, zona ita, ut autem Deum amare est.... Ut ergo simplicioribus verbis utar, qui quantamcumque potest, infissi, ut Deum habeat, mandatis videlicet ejus obtemperando, & secundum Apostolicam & Evangelicam præcepta, sobrie & justè. Et pè vivendum, etiā nihil hujus dulcedinis gustet, Deum tamen diligere dicendū est, ipso attestante, qui ait: qui mandata, ta mea custodit, illi est qui diligit me. Qui vero quotidie hunc experitur effectum, & nibilominus divina voluntati sua defensione proponit, non quidem Deum diligere, sed ingestum suu menti divina dispensatione præsumat saporem nonnisi sensire credendus est.*

⁵²³ Merito proinde cap. 20. exclamat: *O quam miserabiliter falluntur, quam sunt sua salutis promotores, qui viuis innumerabilibus ac damnabilibus implicati, si quid hujus, de quo loqueris, experiantur affectus, non solum sibi ventam de præteritis pollicentur, inī ad eadem securi quodammodo reveruntur, nec aliquid hoc spirituali incitamento proficiunt, sed sanctiores semetipsos arbitrantur, in suis foribus vel negligenter impudentius voluntantur. Forte de talibus ait Apostolus: "dedit illis Deus spiritum compunctionis, oculos ut non videant, & aures ut non aucent." Namquid non genus hoc compunctionis excusat oculos, aures obturat illorum, qui immensissimas vitiorum foras, sine penitente fratribus (emendatione scilicet virtute, castigationeque peccatis proportionata) paucis his lacrymis estimant ablaendas.*

Tom. III,

Sibi itaque dictum accipiat, quisquis se dicit Christianum, religiosum, à peccatis conversum, Deum amantem, &c. quod Augustinus tr. 5. in 1. epist. Joan. ait: *Quomodo te gloriaris esse Christianum, religiosum, à peccatis conversum, Deum amantem? Nomen habes, & facta non habes. Si autem nomen secutum fuerit opus, dicat te quisque paganus, irreligious, peccatorem, &c. tu factis ostende te Christianum, religiosum, &c. Nam si factis non ostendis te Christianum, omnes te Christianum vocent, quid tibi prodest nomen, ubi res non inventur?*

Sibi etiam dictum accipiat, quisquis se dicit, vel ⁵²⁵ se purum iustum, Dei amicum, vestem habentem nuptialem, dignum mensu Jesu Christi, &c. ut pote singulis hebdomadibus sacramentaliter peccata confiteantur. Sibi (inquam) dictum putet, quod dilectus Christi discipulus ait 1. Joan. 3. *Filioli nemo vos seducat: qui facit iustitiam, iustus est. Non ille proinde qui loquitur, vel qui se iustum aut religiosum dicit, vel cogitat, nec ille qui sterilia concepit desideria, seu bonas voluntates, similis iis quibus infernus est pavimentatus, sed ⁵²⁶ qui facit iustitiam, qui vitam transigit in exercitiis iustitiae, qui declinat a malo, & facit bonum, qui vivit secundum Apostolicas & Evangelicas regulas, vel sua Religionis regulas, iustus est, vel religiosus. Qui vero in Religione non religiosè vivit, religiosus non est. Similiter qui facit crimina, que non facit bona fidei, nec bona spei Christianus, qui nulla hebdomadā non violat per crimina sua templum Dei, quālibet frequenter confiteatur, & communicet, teste Spiritu Sancto, habendus non est filius Dei, sed diaboli: Qui facti peccatum, ex diabolo est.*

Ostendit probatur ratione: quia talis unusquisque judicandus est, non quemque se probat verbis, & sterilibus resolutionibus, sed quemque se probat factis, sicut si facta sint contraria verbis: melius est enim vox operis, quam vox oris. Petrus Bicenatus compendit in Job. Et in investitura. Et plenus est opere docere, quam vox. S. Leo ferm. de S. Laurentio: *Non audio quid quipiam sonet, sed quid vivat* (aīt Augustinus tr. 3. in Epist. Joan.) *Opera loquantur, & verba requisitus?* Et quid verba sunt, quid sterilia proposita & desideria, quid etiam lachrymæ, & simili sine operibus, nihil nisi folia & flores? Atqui non ex foliis, non ex floribus, sed ex fructu arbor bona, malave cognoscitur (aīt Bernardus epist. 107.) Denique a fructibus coram cognoscuntur eos. Ad quam Increase & Incarnatae Veritatis regulam attendens S. Cæsarius ferm. 57. edit. noviss. *Ego timeo (inquit) ne forte iste talis panitia, nec in conscientia sua habuerit (seducendo semipsum) quod in operibus non ostendit. Quia etiā cor videre non possumus, tamen secundum Evangelicam sententiam, ex fructibus eorum cognoscemus eos.*

CAPUT XLI.

Idipsum ostenditur ex communi sensu omnium hominum, inaneque ostenditur effugium. Recitiorum, aientium, de vera contritione, veraque Communione judicandum ex operibus internis, non externis.

⁵²⁷ Non probatur ex communi hominum sensu. Nemo est enim, qui humilem, castum, obedientem, &c. judicat hominem, qui in omni penè occasione factis te superbum potius ostendit, quam humilem, potius luxuriosum, quam castum, potius rebilem, seu reluctantem voluntati Superiorum, quam obedientem, quālibet se dicat humiliem, castum, obedientem, quamlibet etiam